



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 36. De 7. visione & reuelatione quam habuit de Passione Domini. Et de
consolatione quam habuit videns, qualiter se nobis communicat atq[ue]
participat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

pter hoc quia ipsi habent dolo-
rem quia offenderunt tantam
maiestatem & tam clementissi-
mam bonitatem, & recognoscunt
se dignos inferno : & propter
duo iam prædicta qui maior pec-
cator extiterit, maiorem potest
gratiam & misericordiam inue-
nire. Item dixit mihi: quicumque
vult inuenire gratiam, non leuet
oculos à cruce, siue concedam, ^{Cruce.}
siue permittam eum in tristitia,
vel lætitia esse vel viuere.

*Trigesimum settum capitulum. De vij.
visione & reuelatione quam habuit
de Passione Domini. Et de consola-
tione quam habuit videns, qualiter
se nobis communicat atque parti-
cipat.*

QVADAM vice ego respi-
ciebam crucem cum cru-
cifixo: & respiciendo crucifixum
oculis corporis, subitò accensa
fuit anima vno amore sic feruen-
ti, quod ipsum etiam membra

117

corporis sentiebant cum magna
 lætitia & delectamento. Vide-
 bam enim & sentiebam, quod
 Christus amplexabatur animam
 cum illo brachio, quo fuit cruci-
 fixus, & gaudebam summa læti-
 tia, plus quam vnquam consue-
 uerim: & extunc remansit in me
 vna lætitia & clara illustratio,
 qua anima cognoscit & compre-
 hendit, quomodo istam carnem
 nostram videmus vnam societa-
 tem esse factam cum Deo, & est
 istud verum delectamentum a-
 nimæ inenartabile: & est ista læ-
 titia continua & illustratio cla-
 rior, quam alias susceperim. Re-
 manet enim in me tanta securi-
 tas & certificatio status mei,
 quod nō remanet in me aliquod
 dubium, quin iste status certissi-
 mē sit à Deo, & meæ locutiones
 quas in me sentio sint à Deo. Et
 miror quomodo hætenus dubi-
 tauerim in hoc: certificata enim
 sum perfectè de isto statu meo
 taliter, quod si omnes mundi di-

*Societa-
 ro nostra
 carni
 Christi.*

cerent mihi oppositū, non crederem: quia de hoc nec dubitare possum. Nunc etiā quando sum in ista visione, & amplexu, anima mea percipit tantam lætitiā, quod non possum habere aliquā tristitiā de Passione: quamvis videam esse illam manum crucifixi & ipsam plagatam: & tota lætitiā mea est modo in isto homine Deo passionato: & aliquādo videtur animæ ex strictissimo amplexu prædicto, quod anima intret intus in latus Christi: & illa lætitiā quam ibi recipit, & illustratio, narrari non potest. Est enim ita magna quod aliquando stare in pedes non potui, sed iacebam, & perdidit loquelam.